



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

A Pio II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

---

A PIO II.

FRANCISCVS GONZAGA Cardinalis ad quem Philelphi u. & Iacobi Cardinalis Papiensis 33. leguntur Epistolæ, Platinam & Raphaëlem Volaterranum in famulitio habuit, scripsitque Epistolam eiusdem Cardinalis Papiensis operibus insertam. Obiit Bononiæ anno 1483.

---

A PAVLO II.

OLIVERIVS CARAFA Cardinalis, cui Ioannes Franciscus Picus Mirandula, & Ioannes Baptista Mantuanus libros inscriperunt, Iacobum Sadoletum in famulitio habuit, legiturque quædam eius Epistola ad Sabellicum. Obiit Romæ anno 1511. Ibidemque in æde S. Mariæ super Mineruam hoc habuit Epitaphiū.

Oliuerij Caraphæ Neapolitani Ordinis Prædicatorum Pro-tectoris rari exempli depositum, qui vixit annos 80. menses 10. dies 10. Sacri Senatus ornamentum. Obiit 13. Kal. Februarij religiose intrepidèque, magno sui desiderio relicto.

IOAANNES MICHAELIVS Cardinalis cuius legitur Epistola ad Sabellicum. Romæ iacet in æde S. Marcelli cum hoc Epitaphio.

Ioanni Michaëlio Patritio Veneto, Episcopo Vicentino, S. Angeli Cardinali, ac Patriarchæ Constantinopolitano, Pauli 2. Pontificis Maximi nepoti, qui in rebus arduis Senatorijs maximè, eloquen-